Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26150
Copyright: Admont, Benediktinerstift

possit in uia. tali recreetur uiatico. Panis sancte. panis uiue. panis pulcherrime. panis munde. qui descendisti de celo. et dedisti uitam mundo. ueni in cor meum. munda me ab omni inquinamento carnis et spiritus. intra in animam meam. sana et sanctifica me interius et exterius. esto tutamen et continua salus corporis et anime mee. Repelle a me insidiantes mihi hostes. recedant procul a presentia potentie tue. ut foris et intus munitus per te recto tramite ad regnum tuum perueniam. ubi non in mysteriis sicut hoc agitur tempore. sed facie ad faciem te uidebimus cum tradideris regnum deo patri. et deus eris omnia in omnibus. tunc enim me satiabis suauitate mirifica. ita non ut esuriam neque sitiam in eternum. AMEN.